UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

9. Dementem restituit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Visual Library

ribus ſenſim ſuis integrè reſtituitur.

Ibidem in alterâ, quæ S.Raphaëlis titulum præfert, parœciâ virginem morbus atrox oppreſſerat, lectoque annos non minùs ſex ita affixerat, ut transferri non poſſet niſi viribus alienis. Depoſitam à Medicis hortatur neſcio quis, medicinam Tolentinam periclitari, quæ infirmis admodum multis præſenti auxilio fuiſſet. Sapit iſto monito clinica, fidemque & fiduciam concipit, ac ſacrum ſibi panem ſtatim miniſtrari poſtulat. Guſtat: & eodem adhuc die ſentit cruciatus decreſcere; altero deinde vires accreſcere; ſexto demum exurgit è lecto, veſtit ſe, ambulat, facitque quod ſani alii, ipſa planiſſimè ſana. 8. A Medicis depoſitam erigit.

Non egredior Venetias. Detinet me hîc Scriba quidam (Notarium vulgò dicunt) vir honeſtis & antiquis moribus: ſed quem atra bilis agitavit & abripuit in mentis gravem furorem. Nulla Medicorum fomenta, aut unguenta hanc ei reſtituere poterant, NICOLAVM prece 9. Dementem reſtituit.

ce adit ſoror, & fratrem enixè com
mendat : ſacrum deinde ejus pa
nē cum cibario quotidie ei in men
ſâ proponit. Et ecce, quem totæ An
ticyræ purgare non potuiſſent, pa
niculus hic, anno vixdum exacto
ad priſtinam & firmam mentis ſan
tatem reduxit.

10. Parturientem adjuvat.

In eadem urbe, & S. Angeli pa
rœciâ *Gratioſa* laborabat in diffici
partu, & jam prope vitæ ultimum
diſcrimen erat. Panem hunc pi
ore ſumit, & prolem ſtatim incolu
mem læta mater enititur.

Redambulandum nunc ad S. Vi
talem, ut partumeiam ex infœcun
dâ redditam mulierem admiremur
niſi tibi defatigato fortaſſe, pr
more Veneto libeat potiùs ſcaph
per liquidas plateas, quàm pedibu
per ſtrata viarum gradi. Hîc, dico
mulier fuit, quæ in ſociali thalamo
ſed ſterili illo multos annos jacue
rat; percupida autem liberorum

11. Mulieri infœcundæ prolem dat.

Divo ſe NICOLAO quàm potuit
ſtudioſiſſimè commendavit, pro
miſitque filio, ſi exaudiatur, Sanct
nomen imponere. Dixit, & pro

ſteri-